

Guillelmi caoursin Rhodiorum Vicecancellarij Oratoris  
precellentissimi Magistri Rhodi: ad Summū Pontificem  
Innocentium Papam. viii. Oratio.

Christianā sanxit religio: Pater beatissime: vt qui catholico  
caractere est insignitus: Romanū pōtificez vniuersalis ecclie  
pastorē p̄fiteatur. Illud quippe a natura datū est: vt qui exi-  
stentiā tutari velit Unitatē amplecti maxie studeat. Rerū p̄o-  
fecto vniuersitas entis unitatez appetit. Brues enī volatu suo  
vnū sequūtur ducē. Apes dū mellificāt sibi ductorem p̄ponūt  
Formice cū puidēt p̄euntis velligiū solícite seruāt. Exercit-  
us milites. Impatores colūt vnū. Venera que generalissima  
vocatant: in entitatē fermiter. Recte sapiens ille: philosofo  
zū princeps Aristoteles: ait p̄cipatū pl̄itas mala: vnus sit  
p̄iceps a quo potestas. norma. disciplina fluit: manat. oriūat  
ois. Quo effectū esse nō dubitari: getiles olim Romāos post  
expiū reipub. Impiū monarchā colere statuisse: i ecclesiastice  
Monarchie. p̄sagiū quoddā. Optia itaqz ratiōe suasi: Orbis  
reges: potentat: ac mortales vniuersi catholica fide imbuti:  
Romanū pōtificez: principū p̄cipē: z monarchā colūt. a quo  
qui discesserit ecclie quidē unitate abdicat: tamq̄ scismaticus  
Intereat necesse est. P̄tissimis hoz velligiis inherēs Rhodi  
orū p̄cellentissim⁹ Magister: Petr⁹ Daubusson catholice fi-  
dei cultor deuotissim⁹. Le Innocētii huius nōis Papā. viij  
vez. vnicū idubitatū. dñi nr̄i Jesu xp̄i vicariū. Beati Petri  
apl̄oz p̄cipis successore: ecclie catholice pastorē: ac Roma-  
nū pōtificē profitet: colit: obseruat. Tibiqz tanq̄ vero xp̄i vi-  
cario: puraz obediētiā: z illibatā filiationem post pedū oscu-  
la beatorum: genu flexo reuerēter exhibet. Ille ipse quidem  
Venerosissim⁹ Rhodiorū Magister: vbi te ad sumū pōtificat⁹  
apicez euedū itellexit: incredibili affectus ē letitia. Rhodiorūqz  
milites. Līnes. Incole eo accepto nuncio congaudent. Tibi  
quoqz q̄ tante dignitatis fastigium adeptus es cōgratulantur.  
cōgratulationis enim gratia: tota vrbe lignorum congerie pas-  
sim incensa: plausu quidez allaciori acclamauere oēs. Vniat

Uiuat. Uiuat in eternū. Innocentius Octauus pōtifer max  
 imus. Nec ab re. in tua certe diua psona: virtutes locatas. in  
 telligunt amplissimas. In agendorū cōsultatiōe prudentiā. In  
 audiēdis querelis humanitatem. In subleuādis egenis munī  
 ficentiā. In discidentium cōciliandis animis peculiarem grāz.  
 In dei cultu rectā fidem. In aduersis pferendis fortitudinez.  
 In actis humanis tēperatiā. In discolis psequēdis seueritatez.  
 Beniq; i omni ope iusticiā: qua facile ceteros vincis. Sperat  
 Rhodij Sanctissime pater. sub tuo felici pōtificatu. Turcoz  
 tyrānidem extinctam iri. Tibi nanq; sacratissimo Pontifici:  
 Innocentio piissimo: noie quidē z re purissimo. hui; vidorie  
 palma debetur. Quippe qui pace frueris florida. Qui volun  
 tate integerrima. Qui potētia sublimiori. Qui sapiētia eminen  
 tiori polles: Rerū quidem gerēdaz vera materia: z sine quib;  
 effectus sequit nullus. Te quoq; suū p̄cipuū p̄torez nō im  
 merito autumat Rhodij. Sit igitur faustus tuus pōtificatus  
 ac felix monarchia. Sub qua Rhodioz crux hostes proterat.  
 Crux Hierosolimoz militū: Pōtifer maxie signū est illibatū  
 quodquidem octaganum in gestantis p̄tore cōspicit. Cuius  
 octo anguli obliqui acutiores: vnionibus plucidis ornati sunt:  
 qui euāgelicas octo beatitudies figurant. In octagono quoq;  
 tetragonū locatū est: cuius quatuor anguli obliqui obtusiores  
 gemmis p̄ciosis sunt redimiti: que cardinales virtutes dnotāt  
 Anguloz quidem obliquitas: crucis medio p̄nto: ducētib;  
 lineis. coherens redificatur: vbi pia mente: crucifix; d̄scrip;  
 imaginariē videtur. cuius tres clauī lapillis cādidiſſimis sunt  
 insigniti: qui theologicas virtutes designāt. In ipsaz aut bea  
 titudinū ac virtutū p̄claris actis: Rhodij milites sese ab ordi  
 nis primena institutione feliciter exercent. Etārcia sunt hoc  
 Pōtifer sapiētissime crucis insignia: sub quibus milites ipsi  
 Turcoz tyrānam: Rege mitridate potentiozem. Rege cre  
 so ditiozem. Nerone crudeliozem. propulsarunt. pugnavit nō  
 paucos ānos vidoriosum hoc crucis signum: cum tyrāno cru  
 delissimo: At bellum post Constantinopolis expugnationez  
 gestum: Longe crudeli;. Longe periculosius. Longe quidez

atrocibus compertum est. Ad coiorum herentiam: Iperatis  
 medicine principis incunabula. Urbem quidem Pelarum: cū  
 turcis feliciter certatū. Ad Antimachiam eius Insule opis  
 dum: turcensi obsidione vallatum: coij victores euasere. nomi  
 nisq; inditi proprietatem locus auxit: cōtra pugnantis rede iter  
 pretari poteris. Sub iddem vero tempus. Turci Simis et  
 stelluz oppugnauere: Oppidani quoq; heri fortissimi quidē  
 concinis. ad Troiā (Si Homero credim⁹) pugnantis: vir u  
 tem imitati: Hostis immunitatem perfringere. Posteriori autē  
 tempore classis inimica vello: um centum: Tili Insulam ag  
 gredit: q̄ fortiter defedit. Sepe quoq; rhodie triremes turco  
 zuz rostratas Haues et classem: inuasere. press. re. vicere. Nec  
 preterire libet atrocissimā illam oppugnationem qua carraz  
 Soldanis: Rhodios itaq; dudum affecit: Ubi Egyptij vic i  
 eum ignominia et iadura: proprias reuifunt sedes. Nuper autē  
 q̄ atrox fuerit Rhodiorum turcensis obsidio: hand ignotum  
 est: In qua Magister. athleta fortissimus. vers⁹ Machabeoz  
 imitator: inter cōferi ssimos hostes dimicans: quinq; exceptit  
 vulnura: suiq; commilitones sanguinis aspersione maduerūt.  
 Huius quidez percelebris victorie fama totū peragravit orbē  
 quam nulla obliterabit vetustas: eius profecto repulse ignomi  
 nia affectus: Dauides Turcoruz princeps: Rhodios ter  
 execrans damnatam euomit animam: cuius interitū respici  
 rauit europa: nomenq; latinum. Auctore quidem deo omnia  
 prouidente: felicitis recordationis Sixto quarto: Pontifice  
 maxio: suffragante. colendissimo p̄m senatu opitulante strenu  
 issimo Rhodioruz Magistro dirigente: equites Rhodij: pro  
 fide catholica: et sacro Romana ecclesia militantes ea sunt fe  
 liciter perpetrati. Quid felicitius q̄ pro christo sanguine fun  
 dere: Quid fortius q̄ hostem potentissimuz vinc. re: pacēq;  
 indigere. Quid preclaris q̄ Tyrannū formidolosuz conatib⁹  
 arcere. Nec minus splendiduz pater sancte subsecutū est: mo  
 nitu certe prudentissimi Rhodiorum Magistri Petri Bau  
 busson: turcorum princeps Bagiazit: qui nūc imperat. classez  
 in latium parataz: estate proxie decursa: Intra Helespōti fau

ces cōtinuit. pridemq; astu prudentissimo: cum hoste federe  
perculso. **A**cbimat **B**asiam ydrōris expugnatorem: latio in-  
fensissimū: repentina nex rapuit: cuius mors haud paucorum  
vita censetur. **D**i diuina sapientia. **D**i diuina clementia. **D**i di-  
uina pietas: nō desinis in dies prodire modos: quib; **D**ebu-  
māndū extingat familia. **L**ux est hec felix sanctissime pater  
cui? **I**stigmatē insigniti ad hanc diē iuuiti pmanere. nec agruz.  
nec vicum. nec opidum. nec vrbem pdidere. nec tyrāni tributo.  
**S**acro sancte sedis apostolice adiuri p̄sidiis. **I**ugū submittere.  
pro quibus gr̄as ingentes habem; referrem; si facultas sup-  
peditarit. **S**tat insignis **U**rbis **R**hodia: olim **R**omanis ami-  
ca: ab antiquis miris celebrata p̄comis: etate quidem nostra:  
facinorib; illustrata clarissimis: ac **S**edis apostolice deuotif-  
sima: pmanurāq; in euū: tuo quidem felici pontificatu aucto-  
re speramus: **S**tudebis nō ambigimus: **S**acratissime p̄sul  
**T**urcorum nephandam gentem pessundare: nec parupēdes  
**R**hodiā vrbem tutari: que auitos cineres recōditos possidet  
**B**enitoriq; orū dedit. **D**ignabit; quoq; tua **S**anditas splen-  
didissimū **R**hodiōz **M**agistrum **P**etrum **B**aubisson: vir  
tutibus z claris gestis insignitum cōdigno fauore z gratia pro-  
sequi. propensiorq; erit tua **S**anditas i eū ordinez: qui fortis  
**T**urcis obicit pectora: **I**n quoz pernitiez animū. corp; fortu-  
nas. licet pertennes. tue pollicent; **S**anditati. vouent. dedicāt  
**Q**ue vt potens cōficere sit. **D**eū suppliciter exoram;: vires  
adaugeat quib; hostis atrocissimus succumbat. z p diuturna  
tempora tuam **B**eatitudinem seruet incolumen.

**B**ixi.

**H**abita coram **P**ontifice maximo. ac **S**acro **C**ardi. senatu.  
p̄latoz: z curialium frequentia adstante. quita **KL**. februarij.  
**A**mo **D**. **L****L****L****L**. **X****X****X****X**. a natiuitate.

*Ine.*

*1259*